



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||IFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

iii. De consuetudine.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

cognoscent, iuris ordinem seruāto. In eo quod principaliter mandatur mādati formam exactē custodiunto. Contrā si quid adtēatum siet: inritum esto.

Si quid tamen in rescribto non recto iuris or-<sup>18. Caus-</sup>  
dine dispositum erit: clausulam, quibus locis de <sup>same que-</sup>  
iure oportet, ibi intellegunto.

Cognitionis clausula, S I E S T I T A, ad omnia 25. Olim.  
superiora refertor. Nec si abiudicationis cuius  
rei causæ proxuma siet, ad eam tantūm pertine-  
to, nec ob id iudex rem parti, ni & de suo iure  
quoque doceat, maxime ecclesiam non conla-  
tam, adiudicato.

Sanè si plura sub disiunctione cognoscunda 4. Inter  
mandantur: de quo cunque altero iudici consti-<sup>cateras.</sup>  
terit, mandatum exequitor.

*De consuetudine. Tit. 3.*

Conſuetudinis vſusque longæui authoritas <sup>11. Cum tā</sup>  
ne contemnitor. iuri tamen positivo, nifi ra<sup>to.</sup>  
tionabilis, & legitimo tempore præscribta siet,  
ne preiudicato. Contra ius naturale, cuius trans-  
gressio periculum salutis inducit, nullo tempo-  
ris spatio firmator.

Sed & neruum ecclesiasticæ disciplinæ si dif-<sup>5. Cū in-</sup>  
rumpat: irritator.

Vnde nec consuetudine temporalis pœna de-<sup>10. Ex par-</sup>  
litorum tollitor.

Ea enim si canonice obuiat institutis, nullius <sup>3. Ad au-</sup>  
momenti esto.

Itaque simplex sacerdos ecclesiastica sacra-<sup>4. Quan-</sup>  
<sup>to.</sup>

## De consuetudine.

menta, quorum conlatio superiori tantum commissa est, consuetudinis praetextu conferre ne valeto, nec vlla necessitate, quae superioris copiam adimat, excusator.

1. *Consuetudines.* Item si grauamen ecclesiis inducit: pontificis consideratione remittitor.

2. *Ex lice. ris.* Eisdem ecclesiis & aliis religiosis locis si quid pie cōfertur, conlatumve est: inreuocabile esto. si qua forma circa id quibus in locis ex cōsuetudine seruatur: id signum non tā factæ donationis, quām traditæ possessionis argumentū esto.

7. *Cum renerabilis.* Quinimo consuetudinis obtentu, cōtra sacros canones, nemo commissam sibi ecclesiam relinquare, vel ad aliam transire, sine superiorum, queis ecclesiæ subsunt, licentia permittitor.

9. *Cum cōsuetudinis* Porrò capitulum, sine episcopi sui consensu, neq; veteres constitutiones, neq; adprobatas cōsuetudines tollito, antiquato; nouas ne īducito.

8. *Cum dicto lectus.* Constitutionum autem & legum consuetudo interpres esto. Si quid constitutionis obtentu iuri communi præjudicantis introduxit: id nichilominus seruator. alioquin quoad eius fieri potest, statuta specialia, vt nec iuri communi pro aliis stanti, nec eorum priuilegio præjudicent, accipiuntor.

6. *Cū olim* Quod si qua in re de nouo uno in loco constituta, consuetudinem aliorum eiusdem patriæ locorum sequi iubemur: si ea pluribus eiusdem patriæ locis diuersa est, quod rationabilibus & adprobatis cōsuetudinibus ipsius loci saluis, si ne præjudicio alieno obtineri potest, id demum seruator, res ita temperator.

